


1167




OSN: N PRAESES, DECANUS, ET FACUL

TAS MEDICA IN ANTIQUISSIMA, AC CELEBERRIMA UNIVERSITATE VINDO

bonensi omnibus et singulis notum facimus Carolum Laporterie Coloniensem Bonnensem, postquam Collegia chemica publica diligentissime frequentaverit, illiusque in arte pharmaceutica assidua applicatio, indeque capta experientia nobis probe perspecta est, productis litteris natalitii, et discipulorum clementiae supplicasse, ut cum ad examen in arte pharmaceutica admittere, diemque et horam constitueret, atque deinde rite peracto examine ei haustae sua doctrina, et peritiae testes litteras praeberet velimus. In hunc finem examen die 4^{ta} Aprilis per Dominum Antonium Liberum Baronem de Henckh sac. Cas. Reg. Apost. Maj. Consiliarium aulicum, Archiatrum et Proto medicum, nec non Indyltae Facultatis medicae Presidem, per Dominum Joannem Michaelem Schenckian Phil. et Med. Dr. et p. t. Indyltae Facultatis medicae Decanum, per Dominum Nicolaum Josephum de Jacquin Med. Dr. et p. t. chemia et botanicae professorem, et tandem per Wenceslaum Gernij et Carol. Josephum Offermann Collegii pharmaceutici civici viennensis Seniores institutum, et peractum fuit, in qua supra nominatus Carolus Laporterie 1^o de herbis, 2^o de medicamentis simplicibus, 3^o de chemicis, et pharmaceuticis operationibus, ac tandem 4^o de assignatis ipsi prae. parationibus medicamentorum compositorum dispensatorii, quae fuerunt: Athiopis martialis, et Conserv. Cochlear. tentatus, debite satisfecit. Quare eundem ad exerc. eandem artem pharmaceuticam aptum et peritum agnovimus, approbamus, et declaramus, exhibendo ei Diploma majori Facultatis nostrae sigillo, et manu propria spectabilis Domini Decani munitum, illa tamen conditione, ut se se semper, et ubique conformiter gerat juramento, et legibus Facultatis medicae. Actum Vindobonae in Austria Anno post Christum natum millesimo septingentesimo octogesimo octavo. DD.

Joan: Michael Schenckian
Medicinae Doctor et Indyl.
Facultatis medicae p. t.
Decanus.



Ms.
A. 1289. 6. 4.



Wien. 4 Sept. 1888.
Diplom des ungarischen Kaiserthums für
Carl Saporner für Leistung der
Erfindung.